

SUMMARIUM

Ab extra.

*Illusterrimo, ac Reuerendissimo Domino Ioanni GottHarto
Lib. Baron. de Vohlin. Vicario Generali Augu-
stano. Patrono suo gratiosissimo &c.
Augustæ Vindelicorum.*

Num. i.

*Epistola D. Ot-
tinger Ecclesia-
stici Consiliarij
informativa, &
attestativa.*

Illusterrime, ac Reuerendissime Domine.

Ad mandatum Dominationis Vestræ Reuerendissimæ introduxi Fratrem Antherum Pach Professum Pollingæ cum competenti respectu, ac solemnitate, & litteras Dominationis Reuerendissimæ huic Domino Prælato extradidi, qui ab initio quidem toto animo obstupuit, nihilominus sic ad hæc se submisit, vt ille præfatum Dominum Antherum pro sibi Subdito Religioso de nouo agnoscat, influenter verò talem in suo Monasterio pati minime vélit, usque dum Reuerendissimæ Dominationi Sua recentia motiuæ transcriperit, & rursùs responsum obtineat, ac parifor miter id priùs in Capitulo proponat; Hac nocte Prælatus Pollinganus promisit Domino Fratri Anthero &c. victum, & lectum dare, die verò subsequenti habet idem intentiō nem eum ad Oppidum Habach transmittendi, simul cum Epistola directo eius Domino Cognato Canonico, qui interea ipsi congruum victum, & sustentationem ad expensas Monasterij subministrat, usque dum fiat aliqua resolutio, quid cum eo sit agendum, hoc, quod me attinet, optimum Religioso huic esse puto, vt is primo feroi cesseat, donec etiam hic motus obtemperetur, & in melius de hac Causa consolari possit. Coeterum supranominatus Reuerendissimus D. Prælatus ratione huius Religiosi diuersa proposuit motiuæ, & Primò quidem putat his formalibus, audiatur, & altera Pars idest, vt Romam scribatur, sed primum, hoc motiuum mihi apparcat frustraneum, & inutile, quia hæc est merè Causa gratiæ, & si omnia Domino Anthero illata scelera essent vera, est tamen is vi Bullæ absolutus, & con donatus, & certò certius alij Viri doctissimi, scilicet RR. PP. Jesuitæ Smalzgrueber, Tschiderer, Schaitter, & similes, qui à principio secundum falsam allegationem contraria Sententiam nunc verò pro Anthero fauorablem derunt, immò Sententiam negatiuam respectuè reuocarunt. Est enim annus remissionis, & in Causa gratiæ non

A datur

B

*deetur appellatio, nisi alteri fiat iniuria, quod affingere sacerdotem
Poenitentiariis iniustum esset; Hinc resutum remanet
primum motium.*

*Secundo transeat illud consilium Reuerendissimi Prælati,
nempè, ut querat auxilium apud Officium Ecclesiasticum:
Augustanum, quod difficulter contra Superiorum quid
agat.*

*Tertio Dominus Prælatus intendit hunc Dominum ad aliud
Monasterium promouere, sed is vtique nimis, ac vbiique
est prostitutus, & infamatus, & hac ratione excusandi gra-
tia eum suscipiendi quodlibet Monasterium hoc dilemate
potest ut, Si verum est, hunc esse magum, & consuetudi-
narium, non est suscipiendas; si falsa haec sunt, quare
ejectus iste de nouo non admittitur in suo Monasterio?*

*Pro quarto dehinc curiosa relucet cogitatio, nempè: Fa-
ciamus ergo ex hoc Clericum Secularem, quasi verð & reli-
quum ex hoc sistemate Sua Dominatio Reuerendissima sen-
sum iam intelliget, quasi verð Clericus Petrinus esset omnium
Periplemma. Interim tamen iniuriosa hic aliorum opinione
de Clero nostro etiam pro veritate habita obstat Bulla, qua
immediate determinat Oratorem, & supplicem Antherum in
proprium, vel alterius ordinis similis Monasterium suscipi
debere. Euanescit hinc pro ultimo loco etiam haec in consueta
propositio, & proinde ullum melius expediens non inuen-
tio, quam vt hunc Religiosum sine ulteriori tergi verba-
tione ad suum proprium Monasterium suscipiat, in quo
ille suam professionem depicit, ad supraposita prefatus
Antherus in mea præsentia canidè suo Domino Prælato
exposuit, se nouiter Romam scriptorum esse, pro rigorosissimi
alijs compulsorialibus, si conformitati Bullæ non
consentiantur. Pariter hic Dominus Antherus instantissime,
ac constantissime in hoc persistit, vt in eo loco, quorum
vocatur, in quo & suscepimus est vivere, ac mori velit, &
subinde se, vt filium obedientiae in his, & similibus subveni-
sit, si suo tempore suis Superioribus benignè complaceret,
eum ad quoddam Monasterium permutari posse, interea
perit ille, vt consueta reacceptatio fiat debita forma, &
hoc tempore in suo Monasterio se, vt verum Religiosum
conseruare possit. Pariter etiam iuxta mentem Bullæ pa-
serue, & benignè sicuti alijs Religiosis tractetur, quod etiam
verum est maximam indecentiam esse, vt hunc Dominum
ulteriori tempore extra Monasterium vivere permittant,
quod in coemptum Bullæ cadere posset. Hæc mea obse-
quiosissima relatio, & opinio à Dominatione Reuerendissi-
ma cum omni clementissima permissione post laetare has lit-
teras*

teras est cassanda , nè in manus aliorum deueniant . **E** mihi
odium , aut persecutionem pariant ; Scripti hanc veritatem
innixus Reuerendissimæ Dominationis Sua
singulari gratia , ut res conscientiosè simùl , **E** securè tractari
queat . De reliquo dubito , ac timeo nè Dominus Suppli-
cans omnia facta formalia Romam transcribat . Si non
inter paucas dies omni pleniori forma ille conso-
letur .

Pro remedio omnis obstaculi supradicta puncta vice priuatæ
noritæ Reuerendissimæ Dominationi communicare debe-
bam , quæ communicatio mihi difficilior apparuit , quâm
ipsus in hac odiosa Causa contra Reuerendissimum Præla-
tum , vt meum gratiosissimum confinem actor visus fui ;
Hæc tamen omnia pro maiori utilitate , ac consolatione
Prælati , & Monasterij , immò ipsam quasi extremitatem
euitandi ratione exponere , & adducere debui , scilicet , vt
hic Reuerendissimus Dominus Prælatus temerariè in suo
discursu , in mea præsentia , & supplicantis Antheri , alijs
que præsentibus Capitularibus (idest Dispensatore) : Con-
tra Sacram Poenitentiariam perseuerauerit adiungendo , ac
si similis gratia Pontificia esset receptaculum Populi luridi ,
vnico verbo = *In una maniera molto spazzante bù parlato*
questo Signor Prelato contra questo Sagro Tribunale , & adiun-
gendo insuper , quod ille , vsque ad hunc diem Antherum
recognoscat . Pro mago , & consuetudinario , si etiam ho-
die sibi Sacram Confessionem perageret , eum non absolu-
ueret , ad hęc , & similia verba supplicans in omni sub-
missione respondit , nempè , quod misericordia Diuina sit
infinita , & ille non sit potens ad vaiciū momentum pec-
cam rem damnandi . Pariter ad hęc verba ex Sacra Scrip-
tura , & SS. Patribus ab Anthero citata , Dominus Præ-
latus redixit , v. g. Hæc sunt communia proverbia Populi lu-
ridi . Replicando ille est magus , quod merè , vt ultimum
verbum ad malum conceptum , & sensum adduxi . Ante
fusceptionem in Sacrum Ordinem fuit optimæ famæ , post fu-
*sceptionem in anno probationis , vel nihil in contrarium de-
ebat : fuisse manifestum , vel illi in consulo professionem ad-*
misissent , post professionem duobus dumtaxat annis , non tam
in Monasterio versatus fuit ; quâm in Cartere inclusus v. g.
tredecim integris mensibus absolutè inclusus nouem mensibus
quasi excommunicatus , id est , quod cum alijs Religiosis nul-
lam Communiam , aut conversationem habere potuerit ,
qua confusus ergo , propt' ab actibus occultis docere non
licet , ita ab externis actibus probari intra tam exiguum tem-
poris spatium non valet .

Professum, quia etiam post factam electionem his in egris
tribus annis hic Religiosus optima fama fuit, & instrutor
G in Seminario Bussauensi declarabatur pariter Consultor in
Congregatione B. V. M. In Cœlos Assumptæ etiam optima
Testimonia, secum contulit, quæ omnia Domino Prelato
à me fuerant exhibita, demonstrata, & denique Prelatus
suam innocentiam nihilominus recognoscere minime vo-
luit; Hinc ex mero zelo similia exposui, si hic Dominus
non fuisset capax in Sæculo, vel male indolis, vel in
Nouiciatu, si male secessisset, non debuisset suscipi.

H Duobus integris annis post professionem fuit quasi continuo
incarceratus, post electionem ubique locorum in optima fa-
ma, ac laude, semper Vitam Religiosam ostendebat. Ex his
igitur ipsum non possum iudicare pro aperto consueaudi-
nario de oecultis nemò corda hominum perscrutari potest,
& non pertinet ad forum externum iudiciale, ad hęc de-
mum Dominus Prelatus pro testimonio adduxit Monaste-
rium Ethalense, ac si Dominus Supplicans in eiusdem Se-
minario male secessisset, quod verò in rei veritate contra-
rum ipsius Reuerendissimus Prelatus Ethalensis demon-
strat: Benè verò illi post redditum Romanum omne auxi-
lium humanum præstítit, & ad maiorem esse quum omni me-
liori modo apud omnes eum recomendauit; Priori tem-
pore hunc supradictum Domum Prælatum, ut suum
futurum Patronum, quia Dominus Atherus eiusdem
Subditus est, deuotissime supplicabat pro Cautione, cùt
Tirulo Mensē, quam sub promissione, certò certius obti-
nebat, antequam Orator Romam profectus fuit; Deceanus
verò Pollinganus Aduersarius, ut solum intentum impedi-
ret, longe recommendationis transmisit quamdam Epistolam
Ethalam, ad cuius superscriptum subsequentia in Lingua
Latina verba adscriptis similia, nempè: (litteras vidi, &
Reuerendissimo Pollingano Praeposito exhibui verborum for-
malium non recordor:) Qui non desiderat seduci caueat sibi
euitet hunc despustum à Sancta Sede Apostolica, & Officio
Ecclesiastico, ac nostro Ordine boneinom. Quod verò scā-
andalosum, & inauditum est à simili Religioso innocentiam
alterius temerariè denigrare.

Costeroquin, & nihilominus semper post electionem animum
redeundi in Sacrum Ordinem illum habuisse verificè de-
monstro, & ratio est, quia sub id temporis ille in Mo-
nasterio Subiecti Canonicorum Regulanium Ordinis Sancti Au-
gustini fuit suscepitus, & inibi laudabiliter perseverauit,
postmodum verò totum factum ipsius ab hoc Monasterio
fuit perceptum per directionem alterius Monasterij Pollin-
gani

gani, fuit egrè dimissus; Hæc omnia, & singula, quæ mediante introductione Domini Antheri fuerunt facta; pro coronide Dominationi Reuerendissimæ in deuotissima submissione sub adnotatione adducere, & referre volui, vt suo tempore Sua Dominatio Reuerendissima sub omni secreto silentio de hoc facto plenam notitiam, & informationem habeat, & secundum eorum declarationem casu quo, si dirigere, ac iustificare possit, parcendo verò meæ propriæ personæ enixè supplico ē Hæc mea conscientiæ, & veritate probata, ac enarrata sub silentio conseruare, & non adacta producere, & ratio, quia ante hanc Commissionem de hac Causa nullam omnino habui notitiam, & nullam partialitatem exhibeo, sed quæ dicti, & facta sunt coram Deo esse testata vi præsentis relationis (:Quod ita res se habeat) : Contestor.

De reliquis verò meum consultum de hac Causa tractans debile, ac humillimum est in bonum vtriusque partis factum; aliàs timeo, nè mala consequentia resultare possit ex nimia renitentia, & solum condolendum magnum scandalum, & prostitutio eiusdem, quæ euenire possint, si in breui non stabilitur terminus finalis; Si ergo hic Religiosus per multum temporis spatium in Oppido Habach apud Sacerdotes Seculares habitaret, eueniret, & sequeatur hoc ipsum, quod numero quarto submotu à Reuerendissimo Prelato Pollingano productis, humanissimè exposui. Quare me ad vltiores fauores, & gratias deuotissimè recomandans permaneo.

Pahl 14. Ianuarij 1726.

D. V. Rmæ, ac Illmæ.

Humillimus, ac Deuotissimus Servus

Ioannes Georgius Ottinger Sac. Theologiae

Doctor Consiliarius Ecclesiasticus Aiste-

tensis Decanus, ac Parochus in Pahl.

Venerabilis in Christo Patri Episcopo Augustano.

Num. 2.

BERNARDVS MARIA Miseratione Diuina Tituli S.Bernardi Bulla S.Peniten-

ad Thermas S. R. E. Presbyter Cardinalis

tiariae.

de Comitibus &c.

Salutem, & sinceram in Domino Charitatem.

Ex parte Antheri Pach Clerici Religiosi Professi Canonicorum Re-
gularium Ordinis S. Angustini latoris præsentium nobis oblata
petitio continebat, quod ipse aliàs in Capitulo de Magia falsè
accusatus, & propterè à præfato Capitulo ad perpetuos
Cæreres condemnatus, vt se ab hac perpetua poena libe-
raret, finxit rationes falsas, vi quarum Sententiam nulli-

tatis sui professionis reportauit, & à suo Ordine, ac Monasterio Polingano in Bauaria fuit dimissus, licet tunc, Dñm dimittendus erat fraudem suam in allatis rationibus manifestauerit, ac ordinem deserere renuerit; Cùm autem sicut eadem petitio subiungebat, dictus lator sic dimissus ad Vrbem personaliter accesserit, & Sacra Pœnitentiarie se præsentauerit, à qua absolutionem à Censuri propter præfatam Apostasiam incurris, & condonationem omnium pœnarum, & pœnitentiarum, quibus propter hujusmodi Apostasiam multandus foret, obtinuit, cum obligatione tamen infra annum sub pœna relabendi eo ipso in easdem Censuras redeundi ad suum Ordinem, siue aliam Religionem, in qua tamen vigeat Regularis, & Claustral is obseruantia, & beneuelos inuenierit receptores ingrediendi. Ideo pro sua Conscientia quiete; Cupit sic ab solutus, & condonatus, ac plurimum in Domino eximia charitati Vestræ commendatus, ac sub Vesta iurisdictione submissus ad effectum, vt ipsum laborem siue in suo Ordine charitati recipi, siue in alia Religione admitti curetis, ad Vos mitti. Quare supplicavit humiliter, vt sibi, super his de opportuno remedio prouidere dignaremur, Nos igitur, qui Pœnitentiarie D. Papæ curam gerimus huiusmodi supplicationibus inclinati Authoritate Apostolica specialiter Nobis concessa, dictum Antherum latorem sic absolutum, & condonatum, ac plurimum in Domino eximia charitati Vestræ commendatum, & sub Vesta iurisdictione durante dicto termino huius anni submissum ad Vos in utroque foro mittimus, ad hoc, vt Vos etiam Authoritate Apostolica curetis ipsam latorem in suo Ordine recipi, ibique paternè, & benignè tractari, quod si aliter expediti secundum Deum iudicaueritis; Cum ipso latore eadem Authoritate Apostolica dispensetis, vt ad alium Ordinem, seu Religionem, ubi vere vigeat Claustral is, & Regularis obseruantia, & beneuelos inuenierit receptores se transferat, ibique peracto probationis anno professionem à Clericis emitti solitam, emittrat Regularem, & post illam emissam inibi remanere, & perseuera re licet yaleat, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Canoniorum Regularium Ordinis Sancti Augustini, ac alterius Ordinis, seu Religionis ad quam, seu quem forsan se transtulerit, Statutis, Decretis, & Privilegijs, ceterisque contrarijs quibuscumque: Ceterum si lator infra annum ad suum Ordinem non rediesit, seu alium ingressus non fuerit, nihil ei ulterius præsentes Litteræ suf-

fra-

fragentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Si-
gillo Officij Pœnitentiariæ quinto Idus Nouembris, Pon-
tificatus D. Benedicti Papæ XIII, anno secundo.

I. Iacobus Fattinelli. F. Episcop. Tessalen. Petrucciolus.
Lepalruis, Sigill. &c. Gratis ubique.

Beatissime Pater.

Antherus Pach Clericus Canonicus Regularis Professus Mo-
nasterij Pollingani ex Diœcesi Augustana, ob Magiam, &
& ob vitium Carnis innocens accusatus, & condemnatus
ad Carceres, à quibus ut se liberaret, finxit motiuia falsa,
quibus suam professionem probaret inualidam, non animo
tamen deserendi Religionem. Creditum est motiuis fictis,
& quamvis Antherus; Hæc motiuia falsa reuocauerit, at-
tamen inuitus ex Religione electus est, quare pœni-
tens, & supplex Antherus Anno Sancto elapso mensis
Octobri in Persona venit ad Sac. Pœnitentiariæ Tribunal,
pro opportuno remedio, ac porrecto supplici Libello,
obtinuit gratiam cum Breui Apostolico ad suum Ordina-
rium cùm recomendatione suæ Causæ tuendæ. Hoc cùm
addito sub poena reincidentiæ Antherus intra annum me-
dium, vel suum, vel alium Ordinem. Ita dispensatus,
ingrediatur, remissus in suam Diœcesim à suo Episcopo
subdelegatum præsentatus est sibi Ordinis Prælato; Exhi-
bitum Breue Apostolicum, causa examinata Antheri,
quam subdelegatus inuenit, & approbavit iustum, non
tamen à Prælato acceptatus est. Rationes, quas Prælatus
opposuit sunt, quod Antherus non proposuerit in specie,
quæ finixerit motiuia ad inualidandam Professionem, nem-
pè, quod non dixerit. Se finisse consuetudinarium, quæ
ratio videtur nulla. Secundo, quod Antherus sit non
fictus, sed verè consuetudinarius. Sed hoc à Subdelega-
to D. Ottiger Consiliario Ecclesiastico inuentum est fal-
sum; ac ab eo r. statutum, vt videre est in attestacione
Subdelegati ex eius rescripto partim Germanico, partim
Latino; Extracta littera A.

*Confirmatio su-
pradicte Bullæ*

Quare denuò Antherus nunc Orator absens in suo lamenta-
bili statu supplicat humillimè, vt suæ causæ intueniatur re-
medium, ac suæ conscientiæ medella, cùm intra medium
annum sub poena reincidentiæ aut suum Ordinem, aut
alium intrare obligatus sit. *Alium autem in hac regione*
intrare spes non affulget, cùm inibi diffamatus sit, nisi
prius receptas in suum Ordinem innocens agnoscatur, atque
*ita famæ suæ consulatur. Rogat igitur supplex, vt Prae-
latus denuò orgeat per Episcopum ad se recipiendum. Nisi.*
oppor-

opportunius remedium aliud videretur. Quam gratiam
Deus &c. Ad alios sex menses.

14. Pœnitentiarius Germanus ad S. Petrum :
Sacra Pœnitentiariæ retroscripto Religioso Anthero Oratori
terminum ad redeundum ad suum Ordinem, sèu alium in-
grediendum in Litteris Breuis alias sibi concessi assignatum
ad alios sex menses ad prædictum effectum Authoritate
Apostolica in utroque Foro prorogat. Seruatis omnibus in
Litteris prædicti Breuis contentis, quibuscumque in con-
trarium faciendi non obstantibus. Datum Romæ in Sacra
Pœnitentiaria 22. Februarij 1726.

D. Archiepiscopus Neoquare &c.

S.D. Regen's gratis Phimar,

Mustac Reg. Secretarius.

Num. 3.

Ab extra.

Epistola Rimi Prae Admodum Reuerendo, ac Doctissimo Domino Dominico Mayr.
lati Pollingani, Canonico, ac Parochio à Habach Domino
Amantissimo Confini &c.
Habach.

Admodum Reuerende, ac Doctissime Domine
Dominice &c.

Heri vesperè noster Professus (olim Silvester) Antherus
Pach cum Bulla Pontificia ad me venit, vi cuius nos ite-
rum eum suscipiamus, vel in aliam Religionem promouea-
mus, quod etiam mihi à Reuerendissimo Officio Augusta-
no impositum fuit, vel mea motiva notabilia transmitti
mandauit, cui sine mora his diebus debitam præstare
obedientiam conabor. Interè vsque dum aliquot rescri-
ptum Augusta ad manus meas demandatum fuerit fieret
mihi singularis amici fauor, si ille in Domo Admodum
Reuerendæ Dominationis, vt sui carissimi Cognati per ali-
quot dies congruam sustentationem, ac victum habere
posset, offero me victum vsque dum aliquam resolutionem
Augusta obtinuero, debito respectu exsoluere, obtenta
quam primùm etiam aliqua resolutione, citò citius rela-
tionem dabo, & nosificabo, his cum humillima recomen-
datione maneo.

Pollingæ &c., 13. Ianuarij 1726.

Admodum Reuerendæ Dominationis.

Seruus in Christo.

Albertus Prepositus.

Ab

Ab extra.
*Omnissimo, ac Doctissima Domine Sylvesteri Puch Philosophia
Candidato ad manus proprias.*

*Num. 4.
Epistola Vicarij
Augustani.*

Siffellhoffn.

Ornatissime, ac Doctissime Domine.

Ad ipsius ex Sacra Poenitentiaria nouiter obtentam, ac mihi exhibitam Bullam receptionis, responsionis loco hisce non sihco, me praefatam Bullam nequaquam executurum, eo quod manifesto subz & obceptionis laboret vitia. Praepotenti hisce Diuinæ Tutellæ Dominationem Vestram committens maneo.

Dominationis Vestre.

Augustæ Vindelicorum 9. Aprilis 1726.

Paraffimus

*Ioannes Gotthartus lib. Baro de Vohlin
Vicarius Generalis,*

Ab extra.

*All' Illusterrimo Signore, Signore Padrone Colendissimo,
Il Signor Cassiano Roccho Jenner Sc.
Roma.*

*Illusterrimo Signore, Signore, Padrone
Colendissimo,*

Commissionem à Sac. Congregatione &c. Tituli &c. Domino Suffraganeo Ioanni Iacobo &c. Directam, Ego ipesus huic ad proprias manus tradidi, ac porrexi; Sed commisratio! Inueni eundem Dominum Suffraganeum in tali lamentabili statu, vt possibile vix sit, illum iam in extremis constitutum hanc commissionem posse equi, nihilominus ille exspectare vult per octo dies, an post durantem decem Septimanis morbum acutissimis dolib⁹ tantas recuperare possit vires, vt hanc commissionem deferri queat, sed, vt appareat, potius Vires degrefcunt; quam recuperantur. Hinc cum omni respectu deprecatur &c. Credetrem, quod suprad. commissio facilis ad titulum &c. Dominum de Dolberg Ecclesie Cathedralis Augustana Canonicum Capitularem, &c. Consiliarium Ecclesiasticum &c. Sed immediate, vt expedit Postarum (cum nos ambo non tangat haec res) quæ loci duplo maiores quam Romæ, ac Tyroli sunt, Nobis parceretur, dirigi debeantur. Ex hoc motu retromittitur nudum, ac apertum Decretum Sac. Congregationis &c.

Domiini Cognati Observandissimi &c.

*Cordialissimus Seruus, ac Cognitus
Ioannes Georgius Zobl Canonicus.*

Ab

*Num. 5.
Epistola Canonicæ
Iohannis Georgij Zobl.*

Num. 6.
Epistola D. Ca-
nonici Dominicī
Mayr.

Ab extra.
Reuerendo Domino Anthero Pach Canonicō Regulari S. Augustini
Pollingē in Superiori Pzuaria Professo Domino
Cognato suo venerando.

Romæ.

Die 29. Februarij, accepi litteras monachio, quæ in Donio Ethalensi Tabellario Murnauensi extraditæ sunt, quam primum eas accepi, ipsem in manus Prelati Pollingani dedi, & per longum temporis spatium de varijs locuti sumus, presertim de facta Professione D. Sylvestri Pach, dum ego interrogauī, quare professio sit nulla, vtique publicè cōram Reuerendissimo Prelato deposituit Vota tria solemnia nempe ego voueo castitatem, obedientiam, & paupertatem &c. respondit mihi Prelatus, non propter hoc, sed propter defectum Corporis; Ego verò vellem exactè, vt mihi dicat defectum, & demonstret, ad meum petitum Prelatus nihil respondit, seù probare quidquam voluit, sed subito alium discursum incepit maneo cum humanissima salutatione sicut erat in principio.

Habachi 6, Martij 1728.

Dominicus Mayr Canonicus Habacen., & Paro-
chus in Thierhauen, & Frauraun.

Lectori beneuolo.

Num. 7.
Attestata de Stu-
dijs, Vita, &
moribus.

Cum nemini condigna laus, & commendatio subtrahenda sit; qui eandem morum probitate, & litterarum studio iuremeritò promeretur. Hinc Reuerendum, ac Religiosum D. Antherum Pach Ordinis Canonorum Regularium Sancti Augustini pro suis meritis commendo sub hac equis-
tissima forma: Amo litteraris mox elapsò p̄fatus Dominus exhibuit se in Schola Theologico-Thomistica discipulum à capacitate, & matrīate, à diligentia, & profectu plānè egregium. Mores p̄fetulit ab eximia rerum cælestium testimoniō; Promptissima in moderatoribus suis obseruandis humanitas, ac obsequendi studio, sumioperè commendandos. Mores inquam sine vlla interrup-
tione ostendit religiosissimos, ita, vt omnibus pietatem, talentibus nedium solatio, sed etiam plurimis exemplo es-
se potuerit. Quare dignissimum censeo, quem omnes,
quorum patrocinio, fauore, & gratia indigerit, in Do-
mino complectantur. Dictis fidem faciat manus mea, cum
con-

da

conuento Conuentus nostri Sigillo . Augustæ Vindelico-
rum in Conuentu Fratrum Prædicatorum 25. Iulij 1726.

*P. Gallus Keller Ordinis Prædicatorum Sac. Theologiae.
Lector, Studij Formalis Augustani Regens &c.*

Loco  Sigilli.

Ego infrascriptus attestor R.D. Antherum Pach Ordinis San-
cti Augustini Canonicorum Regularium Professum Pollin-
gæ in Bauaria in Domo Ecclesiastica Beatae Mariæ de Ani-
ma per specialem , ac singularem gratiam Eminentissimi ,
& Reuerendissimi Domini Cardinalis Cienfuegos , nec
non Illusterrimorum , & Reuerendissimorum DD. Prouiso-
rum diæ Ecclesiæ habitasse , eumque iam per integrum ,
& medium annum propter litigia super nullitate Professio-
nis à Prælato; ac Monasterio suo exorta laudabilissimè , ac
religiosissimè extitisse ; pari quoque laude eluxit in eo sin-
gularis in Deum , caritatemque cultus , frequens Sacramen-
torum susceptio , exactissima erga superiores obseruantia ,
vitæque tenor probatissima , ac conuersatio honestissima ;
Meritò proinde in omnibus ad quoscumque deuenitur , &
quorum auxilio indiget , ipsum omni meliori modo , &
forma specialissimè commendò , speroque suis exemplis ,
virtutum legibus , atque pietatis studio alibi fidem literis
meis facturum , quas interea , vt authenticæ sint , Sigillo
consueto , ac manu propria corroborauit . Datum Romæ
12. Ianuarij 1729.

*Iosephus Hauser Ven. , Et Imperialis Ecclesiæ B. Mariae
de Anima Sacrista.*

Loco  Sigilli.

Ego infrascriptus fidem facio , & testor , me à sex ferè mensi-
bus vidisse Clericum quemdam ætatis 28. ad 30. annorum
loquela , ac aspectu Germanum , frequentare Sacræ Con-
fessionis , & Communionis Sacraenta in hoc nostro tem-
plo Sancti Ignatij , & magnam déuotionem , & pietatem
præferre ; Et cum occasione ipsius Confessionem audiendi ,
cum eodem loquutus fuerim de rebus ad Conscientiam
& pietatem pertinentibus aperuit mihi , se fuisse ex Con-
gregatione Lateranensi Canonicorum Regularium Sancti
Augustini , & vocari Antherum Pach , & quam maximè
optare ad suam religionem reuerti , & ob hanc Causam
Romam commorari , vt huius Voti compos fiat . In quo-
rum fidem &c. hac die 21. Ianuarij 1729. Ex Collegio
Romano .

Ignatius Sisti Societatis Iesu eiusdem Collegij Bibliothecarius.

Loco  Sigilli.

Ego

Ego infrascriptus &c., quod à pluribus mensibus certè, forte ab anno, vel à biennio, nam de hoc non recordor, usque ad præsens tempus exceperim frequenter Sacramentales Confessiones R. D. Antheri Pach Canonici Regularis, ut ipse afferit, Lateranensis S. Augustini Professi. Interim idem Canonicus, prout negotiorum suorum, aut pluris temporis occasio se dabat, alternatim apud alium suum Confessarium suam Conscientiam aperiebat, tanta frequentia, ut singulis ferè hebdomadis ille se Deo reconciliaret magno cum pietatis sensu. Multa in eo semper notaui virtutis signa, animique ad religiosam obseruantiam propensi, atque ex eiusdem habitu, incessu, colloquio plurimam cœpi ædificationem, multa noui de ipsius pijs exercitationibus, de ieunijs alijsque corporis afflictionibus, de orationibus circa Dominicam Passionem, circa Dolores Beatae Mariæ Virginis, & de S. Iosepho specialissimus; vnde coniecturare licet eum in obsequio Dei valde profectum, & in Christiana perfectione. Ita iterum testor candidè coram Deo hac die 21. Ianuarij 1729. Romæ ex Collegio Romano Soc. Iesu.

Ioannes Baptista Giakini Societatis Iesu Professus.
Loco ✠ Sigilli.

SACRA CONGREGATIONE
CONCILII

Rmo P. D.

DE ABBATIBVS
SECRETARIO

Augustana Professionis.

Y R O
R.P. Anthero Pack.

Summarium.

Typis Giannini, & Mainardi 1729. ☈